

cili expediti, & in spoliatione modicā privilegiata, i. modicum præiudiciali, hic quando plenarie Non ob. q. ubi exceptio non est verisimilis, nihilominus debet admitti, licet excipiens grauetur duriori onere probandi, inf. de præsum. c. quia verisimile. quia potest dici q. illa practica non tollit istam. per prius enim debet iudex discutere de verisimilitudine, vt hic, & secundo grauari eum duriori onere, probandi, vt ibi: alias poterit omnia ista suamaria cognitione eligere practica illius, cum talia concernant merita, vt dixi, supra & sic hoc erit in facultate iudicis, licet bene faciat hoc agendo vt euitentur pluralitates iudiciorum. Per prædicta expedita est glo. quæ est super ver. Resignationis, vsque ad ver. Quidam assignant contrarium. Hic est difficultas secunda c. Breuiter decr. videtur obuiare. c. solcite, infra de resti. spol. vbi exceptio spontaneæ renunciacionis nõ obstat agenti possessorio, & petenti beneficium antequam restituatur. Timore huius contrarii glo. ponit duos intellectus, primus intellectus, q. hic agebatur, possessorio, secundus intellectus, q. hic agebatur petitorio, & hic est duplex. Quidam q. agebatur personali; alii q. vtili in rem, & secunda istam lec. gl. respondetur, q. exceptio spontaneæ renunciacionis ante spoliacionem admittitur vt hic. exceptio spontaneæ abiurationis post spoliacionem non admittitur, vt in prærio. Ideo omnis exceptio ad possessorium concludens & detrahens intentioni semper admittitur. hic detrahit, quia si ante renunciavit sponte, constat q. nõ potuit dici spoliatus, quia ante priuatus erat possessione. ff. de acq. poss. l. si q. vi. S. differentia. sed aliquo spoliatus possessione renunciatio spontanea non tollit spoliacionem precedentem. exceptio ergo renunciacionis, tunc concludit ad proprietatem, & exceptio proprietatis, non obstat agenti possessorio, quia privilegiatum, & quia ex ordine iuris, est vt prius terminetur possessionis quæstio, C. de rei vend. l. ordinarii. ista est, communis theoricæ gl. hic, & in c. solcite, & in c. accepta. de rest. spo. Et si dicatur, quare ergo admittuntur hic, & nõ ibi? dic q. ideo quia non fuit hic oppositum vel replicatum q. spoliatus renunciauerit, ibi sic, tempore electionis, sic dicit apostillando glo. ibi cessit non spoliatus, & est ratio secundum modum intelligendi dictum c. solcite. quia vbi opponitur renunciatio post spoliacionem possessionis, renunciatio, non potest concludere nisi ad petitorium, quia spoliatus cum non habeat possessionem non potest renunciare possessioni, quam non habet, & consequenter exceptio, quæ non concludit ad possessorem, non admittitur tanquam illi non detrahens, licet concludat ad petitorium. & hæc vt non detrahens iuri agendi possessorio non obstat iuri agentis recuperandæ, vt infra de rest. spo. c. in literis, & ex consequenti one, cum si. Sed vbi opponitur exceptio de renunciacione ante spoliacionem, tunc quia concluditur ad possessorem, admittitur, & renunciatio perdit proprietatem, & possessionem, l. si quis vi. S. differentia. ff. de acq. poss. no. infra, eo. c. veniens. merito non potest spoliari, quia renunciacione priuatus est. Nec ob. prædictis q. etiam renunciatio post spoliacionem concludat ad possessorem, quia renunciatio videtur hæc pro derelicto, & sic videtur q. velit perdere oem ius competens ad rem recuperandam, quia renuntians rei perdit ius reale ad rem competens, non personale persone cohærens, cui etiam in aliquos renuntiare non potest, quoniam non est quæsitum factio, vel pacto eius qui renuntiauit, vt no. in l. i. C. de pact. l. i. in antiquo sic stabat, dum Do. Pet. de Peru frater Do. Bal. in studio isto repetiit. Ego posui q. etiam de spoliacione post poterat opponi contra agentem possessorio probando sic. Renunciatio beneficium habet re pro derelicto. ergo omne ius ad rem competens intendit perdere, sicut & dominium; hoc patet in c. veniens. inf. eo. & in d. l. si quis vi. S. differentia. videtur ergo renunciare in derelicto, & sic iuri competenti. ergo debet audiri exceptio spontaneæ renunciacionis post spoliacionem. ipse se inuoluit verbis, & non soluit. Legisla negaret q. renuntiet iuri personali, quia hoc non est ad hæc rei, vnde non sequitur rem actiue, non sequitur etiam hoc ius remotiue rem, ad hoc q. no. in l. i. C. de pact. per Bar. & dixi in d. c. solcite. vnde staret interdictum, licet canonista dubitaret, quia quæ vult perdere beneficium, vult perdere omne ius ad illud, maxime cum hoc ius sit in rem scriptum, per no. in c. veniens. inf. e. vel tene quod dicitur legisla. Vel dic q. de iure ratio quare non admittitur ante restitutionem, est, quia exceptio non est verisimilis, & illa non admittitur contra agen-

tem possessorio de facili expediti, maxime post spoliacionem, quia præsumitur q. ad hoc veniat pp defectum spei habendi beneficium. vel dic q. debet ponderari modus opponendi si reducat renunciacionem, allegando per hoc defectum proprietatis, non auditur, si defectum agendi possessorio, auditur. sic posset intelligi d. c. accepta. Per prædicta infert Innoc. q. si contra agentem possessorio opponeretur renunciatio vel pactum, & concluderetur ad ius agendi possessorio, quod bene posset & admitti eretur tanquam detrahens intentioni agentis, quia ista exceptio detrahit intentioni agentis possessorio & concludit ad possessionem. Per hoc infertur secundo q. si contra agentem possessorio pro beneficio opponitur exceptio concludens ad proprietatem iuris tamen, vt quia diceret eum priuatum, vel priuandum per simoniam, vel renunciassse proprietati, non admittitur hæc exceptio tanquam non detrahens possessorio, nisi de ea constaret per confessionem, vel alias notorie, quo casu admittitur exceptio prout agit ut ad re. licet non prout agit ad alia damna & fructus medii temporis, vel alia causas, ff. vnde vi. l. idcoque, & l. si plures. vlt. quod no. quia per hoc multi dicunt q. exceptio notorii defectus proprietatis obstat agenti possessorio recuperandæ, licet non concludat intentum pro opponente super proprietate, & no. inf. de si. presb. c. constitutus. cuius contrarium sentit gl. de resti. spol. c. ad decima. vide Io. And. ec. c. resti. spol. c. in addi. Specu. super rub. & tene quod dixi, de resti. spolia. in literis. etiam prout hic dicit talem exceptionem repellere agentem pro fructibus & alia causa, in antiquo sic stabat. No. dictum Inno. quod agenti possessorio obstat exceptio defectus proprietatis notorie, quia constat prout agit ad rem, non prout agit ad fructus & ceteras causas. Aduerte q. adhuc sub iudice lis est. istud firmat Inn. de diuor. c. poro, & hoc firmat Hoff. in c. ad vltimum. de cau. poss. & propr. & hodie alios casus, vide de rest. spol. c. ad decimas, lib. 6. Attende, quia mod. Doc. dicunt id verum, q. notorium ius est pro agente, ut ibi. secus si notorium esset defectus proprietatis in Ioan. And. Innoc. sentit plus hic, q. sufficit quod concludit defectum iuris proprietatis in agente, & idem dicit in c. constitutus, de si. presb. per quod Ioan. And. reprobat glossam suam in c. ad decimas. de rest. spol. l. 6. & hoc ponit sub. rub. de rest. spol. in addi. Spec. Di. co quod in beneficiis procedit quod hic, in aliis rebus procedit gl. Io. And. vt dixi, de rest. spol. in c. in literis, quia eo q. beneficium non potest teneri sine titulo. sed sic alia res, quia eo quod possidet in alia re, iuste possidet. Per prædicta dicit Inno. quod si contra agentem possessorio excipio q. rem mihi donauit, non admittitur exceptio etiam dato q. ante donauerit, quam fuerit spoliatus, quia ad donationem nõ sequitur necessario perditio possessionis, C. de pac. l. traditionibus. & sic non detrahit possessorem, nisi excipiam q. donauerit & tradiderit, vel si allegarem q. donauit ecclesie vt in c. 2. de consue. sed hoc vltimum non est verum, vt ibi dixi, q. licet sine traditione transferatur dominium in ecclesiam, non possessio. Non ob. prædictis q. spontaneæ renunciacionis exceptio debet admitti, etiam si sit facta post spoliacionem, quia subleuens renunciatio purgat turpitudinem primæ spoliacionis, sicut solutio turpitudinem purgat precedentis violentæ promissionis, vel turpis. vt l. 2. C. quod met. cau. & l. si ob turpem. ff. de eodi. ob turpem causam, quia secundum Inn. non est sic proxima & vicina renunciatio spoliacioni, sicut solutio promissioni, quia renunciatio non est executio spoliacionis, cum posset fieri propter aliam causam, sed solutio debiti est executio promissionis debiti. Ista opi. in antiquo sic stabat. Obstat aliud prædictis, quia videtur q. spontaneæ renunciatio subsequens habeat obitare agenti possessorio. si quis enim metus fuit illatus in spoliacione, purgatur per voluntariam renunciacionem. ergo iam concluditur q. exceptio renunciacionis spontaneæ hæc concludere ad possessorem, & sic tollit facultatem agenti possessorio, et dato q. sequatur spoliacionem. C. quod me. cau. l. 2. ff. de cond. obtur. cau. l. pen. Ca non ista, promisi tibi metu, postea ego solui sponte. potero ego

ADDITIONES.

- a Agenti possessorio. Vide Do. de Ro. in deci. 3. a. inc. Si constat de non iure, cum se. Ale. in l. naturaliter. §. nih. l. commune. ff. de acq. poss. Seb. Sapia.
 b Vt ibi dixi. Vide Do. Alex. in l. cum hæredes, in prin. col. j. ff. de acq. poss. vbi per illum rex. dicit, quod in omnibus casibus, in quibus transferatur dominium in ecclesiam, non tamen transferatur possessio. Seb. Sapia.